

Episcopus Herbipolensis.

Herbipoli, die VII Febr. 1935.

Ad Universitatem Pontificiam Sancti J a c o b i de
C h i l e ð

Libentissime attestor Reverendum J o h a n n e m
S t e l z e n b e r g e r , sacerdotem archidioecesis
Monacensis, pro tempore vero commorantem in dioecesi
mea Herbipolensi, natum die XII Mensis Augusti 1898,
aptissimum esse ad docendam t h e o l o g i a m m o r a -
l e m , quam jam ex annis in Universitate Herbipolensi
magno cum emolumentor et successu clericorum privatam
trahit. Est autem vir admodum probus et bonis moribus
excellens. Ex magna eius aestimatione ipsi curam animarum
omnium studiosorum in Universitate Herbipolensi, qui
profana appetunt officia, commisi. Quod munus sicut apo-
stolus exercebat. Imo institute proprio Collegio pro
alumnis, qui studiis philosophiis^{ca} incumbunt, eum praefectum
feci, ut ibi ordinem servet et studiosis consulat. His de
causis aegerrime fero eum ab urbe Herbipolensi discedere.
Nihilominus novae facultati theologicae in Universitate
s. Jacobi de Chile fundandae omnia bona adprecans eum quam
maxime commendo et in pace Christi dimitto.

+ Matthias Ehrefried,
episcopus Herbipolensis.